



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De senibus & antiquis viris: & quòd eos honore afficere oporteat. cap.  
lxviii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A *Lucrum tibi illud, proximis istud feret.*

*Numerare præstat acta, quam vastas opes.*

*Nam semper acta permanent: opes fluunt.*

*Fatam nec omnem, nec nimis queras velim.*

*Probum esse præstat, quam videri. Sin modum*

*Horres, inanem tu, ac nouam saltam fuge.*

*Leonem haberi simiam quid iuuuerit?*

*Alij aliorum peccata obseruamus, non vt eorum causa lugeamus, sed vt ea insectemur: orat. ad*

*nec vt medicinam afferamus, sed vt morbum exulceremus, atque ex aliorum vulneribus Arri-*

*nostris malis excusationem queramus. Malos porrò ac bonos, non mores sed dispidium vel Humano-*

*B amicitia, tanquam certis quibusdam notis exprimit. Atque ea, quæ hodie collaudamus, cra-*

*Præstat bo-  
rium esse  
quam vi-  
deri.*

*rum leu-*

*si no*

*rum leu-*

*si no*

*Iracundiam, vt belluam quandam, sustineamus; linguam, vt preacutum gladium, retu-*

*damus; voluptatem, tanquam ignem, extinguamus. Ianuas auribus imponamus, que pre-*

*clarè tum aperiuntur, tum claudantur: atque oculum & gustum vellicantem coerceamus:*

*ne mors per fenestras nostras ascendat. Immoderatum risum risui habeamus.*

*Qui seipsum agnoscit, Dominus locus ac sedes est.*

*Vt Deum nosse? Prius id age, Vt te ipsum noscas.*

*Clemens.*

*Euagrinus.*

*Alienam vitam perscrutari, supra modum servilis est animi. Neque enim aliunde fit,*

*Chrys.*

*vt nostra negligamus, quam quod in alienis inquirendis & excutiendis curiosi sumus. Ne-*

*Aliena-*

*rum rerū.*

*C que enim fieri potest, vt homo, qui vitam alienam perscrutatur, vitam suam vnguam curet.*

*Perscrut-*

*Nam cum omne ipsius studium in perscrutandis alijs consumatur, vitam ipsius neglecta tatio ne-*

*gligentes*

*iacere necesse est.*

*Naturā ita comparatum est, vt homo proximi recte facta, quamuis etiam multa ac ma-*

*gnasint, contemptim cernat. At si vitium usquam appareat, quantumlibet leue sit, ac rāta nostra*

*pridem obortum, celeriter id cernit, & promptè carpit, ac perpetuò meminit. Atque hoc reddit.*

*Humanæ*

*paruum & vile multorum ac magnorum virorum gloriam sepe imminuit.*

*natura de-*

*prauatio.*

## DE MVRMVRATIONIBVS. CAP. LXVII.

D **E** T erat populus murmurans: & iratus est Dominus. Et exarsit ignis, & *Num. 11.*

*comedit partem castrorum.*

*Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione *sap. 1.**

*parcite linguae: quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit.*

*Vir sapiens non murmurabit correctus.*

*Eccli. 10.*

*Ne murmureatis, quemadmodum quidam murmurarunt, & perierunt ab exterminatore.*

*Omnia facite sine murmuratione: vt sitis irreprehensibiles.*

*1. Cor. 10.*

*Repudiandus est labor ille, qui à murmuratoribus proficiuntur, nō secus ac victimam, cui Basilius.*

*macula subest.*

E Oportet ergo segnis ac repugnantis opus à sodalitio arcere.

*Ep. Can.*

## DE SENIBVS, ET ANTIQVIS VIRIS:

*& quod eos honore afficere oporteat.*

*CAP. LXVIII.*

**O**R A M cano capite confunge: & honorā personam senis.

*Leuit. 19.*

*Interroga patrem tuum, & annunciatib tibi: maiores tuos, & dicent tibi.*

*Deut. 32.*

*In multo tempore sapientia: & in longo tempore scientia. Iu- *Iob. 12. 32.**

*nior sum tempore, vos autem antiquiores. Idcirco demissō capite veritus sum vo-*

*bis indicare sententiam meam.*

G iiiij

# D. IOANNIS DAMASCENI

*Pro. 16. 20.* Corona dignitatis senectus : quæ in vii iustitia reperiatur. Gloria senum F canities.

*Sap. 4.* Senectus venerabilis est, non diurna, neque numero annorum computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata.

*Ecli. 6. 8.* In multitudine seniorum sita: & si quis est sapiens, ei adhære. Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. Ne spernas hominem in senectute sua. Corona senum, multa peritia: & gloria eorū, timor Domini.

*32. 25.* Loquere maior natu: decet enim te. Quām speciosum canitiae iudicium: & presbyteris posse consilium!

*Basil. O-* Quicquid antiquitate excellit, venerandum est.

*rat. 1. de-* Ad efficaciam senum plus profecto in senili prudētia, quā in capillorū capitie, momeri est.

*Ieun.* In omni re periculose ut plurimum est à iuuentute consilium petere. Neque facile quisquam aliquid pretio dignum ex animi sententia conjectum fuisse reperiat, cui non canities quoque ad consilij societatem ascita fuerit.

*Nat. 12.* Praestat canities cum prudentia coniuncta imperitæ iuuentuti.

*Euag.* Canities senum, morum est lenitas. Vita autem ipsorum, vera scientia.

*Philo.* Tum denique animus scientia floret, cum corporis vigor temporis longinquitate marceret. Qui vere senex est, non in temporis diurnitate, sed in honesta, ac numeris omnibus absoluta vita, perspicitur. Ac proinde illi, qui citra morum probitatem in corpore vita multa secula contriuierunt, vetusti pueri dicendi sunt: ut qui dignas canitiae disciplinas nunquam percepérint.

*Canities, tranquillus portus est. Senilis corporis languor, turbidorum animi motuum compresio est.*

## DE AGRICULTURA, ET AGRICOLIS: ET quod bonum sit operari. CAP. LXIX.

*Gen. 3.* IECIT Dominus Adam de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus fuerat. Cœpit Noë vir agricola exercere terram, & plantauit vineam: bibensque vinum, inebriatus est. Issachar asinus fortis, accubans inter terminos. Vedit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima, & supponit humerum suum ad portandum: & factus est vir agricola.

*9.* Curam habe viroris camporum, & tondebis herba. Collige scenum montium, vt habeas oues ad vestimentū. Cole autē cāpū: vt sint tibi agni.

*49.* Operare terram tuam: quia non iam venit nauis ex Carthaginē.

*Esa. 23.* Nouate vobis noualia: & nolite seminare super spinas.

*Hier. 4.* Non oderis laboriosa opera: & rusticationem creatam ab Altissimo. Qui

*40.* operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum. Gratiam & pulchritudinem

*8.* desiderat oculus: & super vtrumque viorem semenis. Qui tenet aratum, &

*qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum. Cor suum dabit ad versandum fulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum.*

*2. Tim. 2.* Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere.

*Chrys.* Agricola excusso somno ad colendam terram properè contendit, ac domunculae sua casæ solitudinem prefert: cogit hincque nihilominus non sine magna corporis molestia cum æres mortales ac frigore colluetari. Etenim ita res mortalium comparatae sunt, ut cum labore ac difficultate cum cultate ea, quæ utilitatem afferunt, consequantur.

*laborcōn-* Magna quidem voluptate agricultæ affici solent, cū ex planis ac profundi soli locis inductæ sūt. gentem fructum percipiunt. At si quando ex petrosa ac tenui & arenosa terra post diuturnam curam lœtum aliquem fructum colligere ipsis contigerit: maiorem hinc voluptatem capiunt.